SEBASTIANI
MACCII DVRANTINI
Philoſophi, Theologi, ac I.V.Conſulti,

EQVITIS, ET COMITIS PALATINI

HISTORIARVM.
DE BELLO ASDRVBALIS.
Libri Quattuor.

QVIPPE EORVM, QVAE T. LIVIO deſunt in ſecundo Punico ſupplementum.

AD SERENISS. ATQ. INVICTISSIMVM D. D. FRANCISCVM MARIAM Monfeltrium à Ruuere, Principem Optimum, atq; Vrbini Ducem VI. &c.



VENETIIS, M DC XIII.

Apud Ambroſium, & Bartholomeum Dei, Fratres.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

SERENISSIMO
FRANCISCO MARIAE
MONFELTRIO A' RVVERE PRINCIPI Optimo, atque Duci Vrbini VI. &c.

SEBASTIANVS MACCIVS Durantinus fœlicitatem.



ETVSTAM de Asdrubale Barchino historiam, te vno, Serenissime Princeps, maximè dignam, è summis tenebris, in quibus neglecta, sepultaque iam supra millesimum, atque octingentesimum annũ periclitabatur, nunc in nouam quasi vitam meo labore, meaque industria erutam, ac multis, varijsque luminibus illustratam, tuæ Celsitudini humiliter, ac reuerenter offero, & dedico. Scripsere illam complures, sed nemo meliús, ac fusiús, quàm Titus Liuius Patauinus, qui aureum extitit perfectæ eloquentiæ flumen, & rerum Romanarum diligentissimus, ac prudentissimus inuestigator. Sed qui malum? In cœteris fusissimus, copiosissimus, oculatissimus; in hoc verò vno vix factum recensuit, nomen edidit, victoriam significauit. Regionum Metaurensium hæc vna, cęterarũ omnium maxima fuit calamitas, vt ab Liuio, scriptore tam celebri, tam luculento, tam graui, tamque augusto,

fuerint filētio prętèritę,atq; in hiſtoriam,tanta fide dignam, tantoq; apparatu, & labore confectam, nuſquā incluſę. Neq; eis profuit, quòd intra ſinum ſuum eum viuū excepiſſent populi Romani, Principis terrarum, hoſtem, quem tandem, ab eodē populo Romano ſuperatum,atq; mortuum eſſent excepturæ;vt pietatis officiū in eū potiſſimùm exercerent,in quem hoſpitalitatis beneficiū antea contuliſſent. Proinde, quātū tota hæc prouincia perpeſſa eſt calamitatis in tā claro bello ſuſtinendo,tātū ēt fame, ac glorię ad nominis ſui perēnitatē adepta eſſe videtur. Quamobrē, ſi Liuius hoc facinus ita ſcripſiſſet,vti geſtū,patratūq; fuit,non tā maiorē hiſtorię ſuę fidē,atq; auctoritatem apud oēs gentes per oē ęuum reliquiſſet, q̃ ēt locis his noſtris,eorumq; monumentis lōgiorē, diuturniorēq; memoriā in oēm ęternitatē attuliſſet. De Polybio,qui multò vetuſtior fuit,quā Liuius,nō loquor;in eius .n. hiſtoria,inq; ijs fragmētis, quę apud nos peruenerūt, Aſdrubalis nomen vix ex quodā congreſſu in Hiſpania aduerſus P. Scipionē notū, cōpertumq; eſt. Quapropter ego, cui potiſſimū tota hęc Metaurēſis regio ab ſummo Apennini dorſo vſq; ad mare Hadriaticū probè eſſet nota,non parū ſemper dolui hanc tantam noſtrā prouinciā, quę oīs in tuo fęliciſſimo Ducatu eſt,Sereniſſime Princeps,feciſſe hiſtorię iacturā;ita.n. ſcripta eſt, vt per iocū quodāmodò ad nos tranſmiſſa eſſe videatur. Eiuſmodi aūt cogitationes multos an-

nos

nos me occupatũ tenuere. Nec potui vnquã mentẽ ab illis ita dimouere, vt totã Asdrubalis historiã, vti ex iis dẽ monumentis gesta fuisse videtur, non assumerem contexendã. Nec vnquã fuit ociũ, vt hęc mea cogitata perficerẽ, quò progressus, & pura, ac syncera veritas tanti facinoris ex eo scriptore, qui rẽ totã exactiùs, & diligẽtius, q̃ cęteri, perpendisset, sinè vllo discrimine haberi, & cognosci posset. Verũ, cũ paucis ab hinc annis ex maximis calorib. aĩ relaxandi gratia me in meũ Villę Mõtis S. Petri Metaurensis suburbanũ recepissem, cęteris oĩb. studiorũ generib. ea ęstate posthabitis, ad hanc vnã Asdrubalis historiã ex vetustis monumentis eruendã oẽs neruos intẽdi, atq; in eã, qua nunc cernitur, formã congessi, vt .s. non solũ tota Asdrubalis historia cognosceretur, vti pars potissima secundi belli Punici, sed ẽt totũ ipsum Secundũ bellum Punicũ breuius, q̃ fieri posset, explicaretur, sunt .n. ita cõnexa, vt alterũ ab altero secerni, aut sũmoueri minimé posset. Nã Annibal totã spẽ potiundę Italię in Asdrubale fratre, eiusq. aduentu collocarat. Cõtra verò Asdrubal se, suumq; exercitũ fore superstitẽ credebat, si cum fratre se coniungeret. Propterea nõ solum hoc aĩo se in Italiam cõtulit, sed ẽt à primo cõgressu paulatim, vt aliàs fecit in Hispania, se recepit secundum flumen, vt, si quà posset, in intimum Vmbriæ sinum erumperet, atq; se in Apuliam ad fratrem conferret. Nõ discessi ab Liuio, sed quę illi in hac re deesse sensi,

ad

ad historiæ integritatẽ superaddidi; atq; faciliùs, q̃ res illa potuit, enarraui. Vnde non omninò superuacaneũ futurũ existimo hũc meũ laborẽ, si rectè, & sine vlla animorũ perturbatione perpendatur. Nam, quemadmodũ tanti facinoris vestigia, eorũq; fama, & nomen iã totũ terrarũ orbẽ ita peruasit, vt trahat quam sępissimè viros primarios ad eiusmodi loca inuisenda; ita quoq; hanc meam historiã non tã propinquas gẽtes, quibus cõmodissimũ est singula proprijs oculis intueri, probaturas expecto, q̃ ẽt exteras, ac remotas, quibus nimis laboriosum est Italiã petere, excepturas, & gratam habituras confido. Tuus tamen cõspectus, tuusq; vultus Serenissime Princeps, cui ego & natura, & volũtate subiectus subditusq; sũ, erit mihi instar omniũ; summa.n.eruditio, atq; omniũ disciplinarũ, quib. animus tuus ornatus, excultusq; est, firma possessio, tibi tantum tribuunt, vt nec errare, nec falli, nec decipi vllo modo possis. Habes ẽt Pisauri in tuo amplissimo Armamentario duo vetustissima armaturæ genera, quę in Appendicib. Montis Asdrubaldi, quod est Asdrubalis propè Firmidianũ, vbi idẽ dux vltimũ operũ mortalium fecit, multis ab hinc annis in effodienda terra fuerunt inuenta. Cassis vnum est, capitis ornamentum, ac munimẽtum; alterum equinorũ Ephyppiorum pars anterior, tota Amethystis contecta, cooperta. Ambo propter solidam, atq; inuiolabilẽ metallorum compactionem, atq; propter luxum, cuius As-

drubal

drubal erat ſtudioſiſſimus, Aſdrubalis ipſius fuiſſe cre duntur, ſcalprũ quoq; eorũ vnũ, quib. à rectorib. enecabãtur elephanti in ipſa pugna, aſſeruatur in eodem Armamentario; adinuen tumque fuit in ipſa Maurottę planitie, vbi primus contigit cõflictus. eſt ęneum, ac ſatis eleganter conflatũ. Quodcũq; aũt ſit hoc meum in re tam nobili ſtudium, id totum tuæ Celſitudini, Sereniſſime Princeps, voueo, & conſacro. Ex patrocinio enim tuo ęternitatẽ prorſus acquiret, atq; ex Sereniſſimo tuo nomine, quo inſignitum prodibit in lucem, grauitatem maximam, ac dignitatem immenſiſſimam ſibi comparabit. Atque ita non ſolùm priuatorum hominum conſpectum non exhorreſcet, ſed etiam antè ipſos grauiſſimorũ Principum oculos contendere non dubitabit. Viue igitur vitam diuturnam, ac tranquillam, vt populis tuis, qui te vnicé colunt, atq; impenſiſſimè venerantur, diu interſis; & Federicus, Sereniſſimus filius tuus, regię, atque auguſtę indolis adoleſcens, perpetuam ex tanto Genitore literarum propugnationem addiſcat.

D. Durante Cal. Ianuarij. M DC XII.